



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLXX. De impetrantibus per obitum beneficia viventium, & illorum poënis; & quando reddantur inhabiles ad illud idem beneficium malè impetratum obtinendum, & à quo desuper dispensari possit? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Qu. & Res. benef. Pars III. Cap. CLXIX. 113

- quo situm est beneficium : & sic Archiepiscopum Avenionensem , quoad beneficia quidem Avenionensia , & alia sita in terris Pontificis , subijci huic Regulae , sed quoad beneficia Galliae illis non supponi . ¶ Ratio est , quia in dubio non attenditur persona concedentis , sed locus , in quo situm est beneficium , Paris. de resignat. lib. 1. q. 1. §. 1. & certum est quod in tribunalibus Galliae , coram quibus similibus beneficiorum controversiae tractantur , non aliter quam juxta proprium styllum judicatura sunt . Sed si collator Gallus conferat beneficium situm extra Galliam , multi credunt locum beneficii attendi debere , ut Romanus . Bertrandus & alii quos citat Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 10. n. 4. §. 31. Alii personam collatoris Galli , propter favorem concordatorum , & jurisdictionis ordinariae , ut Mohedan. dec. 3. de prebend. & Gonzal. loco citato , n. 31. Et sic si ista opinio vera sit , concludendum erit quod locus beneficii quandoque attendi debet , quandoque persona conferentis , prout favorabilius erit collationi ordinariae , & sic non obstat decisio Mohedani nostrae conclusioni . De hac questione videri poterunt tradita per Bertrand. conf. 38. n. 1. vol. 3. p. 1. Chassan. conf. 3. post n. 15. versic. Item adde , Verall. decis. 178. p. 1. Garc. de benef. p. 3. c. 3. n. 28. Sed tamen addentes ad Decium confil. 207. alias 209. lit. B. dicunt Romanum conf. 361. & conf. 376. pessime consuliisse . Ad idem videatur D. Fevret in tract. de abusu lib. 2. cap. 6. n. 15. circa med. versic. il s'est presenté , fol. 219.
- 15 Notandum quintò , quod licet aliàs inter Doctores Galliae fuerit dubitatum , utrum Legatus possit huic Regulae derogare ; hodie tamen res est expedita ; adeò ut non solum possit , sed etiam teneatur Legatus huic regulae derogare requisitus , ut superius probavi in quest. benef. part. 2. c. 4. §. 1. num. 29.
- 16 ¶ Postea verò dubitatum fuit utrum illa derogatio admittenda esset in praedictum Graduatorum nominatorum in illorum mensibus ; Senatus Parisiensis sustulit dubium , dum talem derogationem valere statuit , ex quo praetoriani Iudices adversus Senatores idem jus statuere aequum putant , teste Adriano Iacqueslot in compend. benef. num. 92. atque super hoc arrestum allegabatur sub die 2. Junii 1536. apud Pichaeum in tractat. des liberiez. & c. art. 43 quod Rebuff bene comprobatur in concordat. tit. de collationib. §. praefatque Ordinarii , in verbo , valere contigerit . fol. mibi 950.
- 18 An autem hac Regula locum habeat in Cardinalibus infirmis resignantibus ? Affirmativè concludit Paris. de resignat. lib. 12. q. 4. num. 7. dicens ¶ idem fortius obtinere in eorum familiaribus , ibidem n. 20. & hanc veriorè esse sententiam dicit Cokier . ad regul. 18. num. 10. versic. contraria tamen opinio , & num. 11. Intellige cessante privilegio Pontificio . ¶ In praedictum tamen indultu Cardinalium huic Regulae derogari non posse , decisum fuit apud Louet littera B n. 15.
- 20 ¶ Notandum Sextò , quod beneficium vacans per obitum , juxta dispositionem hujus Regulae , quamvis resignatum fuerit in Curia , non tamen est reservatum ; sed potest à quocumque etiam ordinario collatore conferri , ut concludit Cokier ad dictam regulam , n. 23. quem tamen reprobat Lotter. de re benef. lib. 3. q. 15. num. 66. post Rotam decis. 419. in fine , part. 1. divers. Ab hac igitur Rotae sententia non est apud nos recedendum .
- 21 Notandum Septimò , quod sub hac Regula omnia beneficia comprehenduntur , nempe beneficia patrimonialia , idest quae conferri debent filiis

naturalibus certi loci : ¶ Praeceptorum , si sine perpetua , data in titulum perpetuum beneficii : Commenda , & quaecumque beneficia etiam litigiosa , reservata & electiva , regularia , & saecularia , ut probat Barb. in tract. de iure Ecclesiast. univers. lib. 3. c. 15. n. 129. ¶ Item locum etiam habet Regula in beneficiis jurispatronatus , Paris. de resign. lib. 12. q. 3. n. 22. ¶ Mortuo igitur resignante intra viginti dies , vacabit quidem per obitum beneficium jurispatronatus , non tamen statim conferre poterit Papa , vel Ordinarius liberè ; sed tantum ad praesentationem patronorum , qui praesentabunt per obitum , teste Paris. d. lib. 11. q. 3. n. 37. & 38. Quod autem de beneficiis dictum est , locum etiam habet in Dignitatibus , ut si illas resignans intra viginti dies moriatur , beneficium vacet per obitum , & non per resignationem : ¶ Idem si Abbas , vel Abbatissa infirma resignaverit , & moriatur intra viginti dies de eadem infirmitate , poterunt Moniales , vel Monachi procedere ad electionem : Cokier ad regulam praedictam .

Reliqua , quae ad hujus Regulae materiam pertinent , videri poterunt apud Paris. toto lib. 11. de resignat. beneficiorum . Haec praecipua dixisse sufficiat .

CAPVT CLXX.

De impetrantibus per obitum beneficia viventium , & illorum poenis . Et quando reddantur inhabiles ad illud idem beneficium malè impetratum obtinendum : Et à quo desuper dispensari possint . Vtrum justa , & probabilis ignorantia ab his poenis excuset . Quomodo differat Regula de impetrantibus beneficia viventium , à Regula de verisimili notitia . Regulae huic de verisimili notitia subijci Legatos , & Ordinarios , quoad collationes per eos faciendas , non autem collationes factas in Regalia . In quibus casibus admittatur in Gallia derogatio illius Regulae . Quid de praesentationibus patronorum ante tempus verisimilis notitiae factis . Quae sit poena occultantium corpus defuncti . Quomodo computari debeat tempus verisimilis notitiae , ratione distantiae locorum . Episcopus utrum possit conferre beneficium sub illa conditione , si vacat . Eandem regulam etiam locum habere in concessionibus factis per Papam motu proprio .

SVMMARIVM.

- 1 Quae sit poena impetrantis beneficium viventis de jure communi .
- 2 Quid contineatur appellatione communionis Ecclesiasticae .
- 3 Impetrans beneficium viventis non potest illud amplius obtinere , nisi dispensetur à Papa .
- 4 Ordinarius qui contulit beneficium viventis , non potest illud amplius conferre , nisi probabilem habuerit ignorantiam ; sed tamen requiritur declaratoria .
- 5 Non sufficit ad incurrendam dictam poenam praesentatio

114 Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

- sentatio supplicationis, nisi fuerit data & registrata.
- 6 Probandum est, impetrationem beneficii viventis fuisse factam de mandato impetrantis, quod presumitur, si impetrans erat praesens in Curia, aut concurrant alia indicia, nisi probetur contrarium.
- 7 Obtinens mandatum de providendo in forma Dignam, super beneficio viventis, subicitur poenis juris introductis contra impetrantes per obitum beneficia viventium.
- 8 Impetrans beneficium viventis per obitum excusatur aliquando à poenis, sed per illam collationem non acquiritur illi ius super beneficio sic impetrato.
- 9 In quibus differat regula de verisimili noticia, ab alia Regula de impetrante beneficium viventis per obitum.
- 10 Tempus verisimilis noticia non incipit ab opinione, sed à vera vacatione.
- 11 Littera privata non excusant impetrantem beneficium viventis propter suspensionem antedictam.
- 12 Impetrans beneficium viventis ignoranter debet illud exprimere in supplicatione porrecta summo Pontifici.
- 13 Quid continet Regula de verisimili noticia.
- 14 Regula de verisimili noticia, secundum aliquos, non habet locum in provisione Legati; ideo sufficit, quod possessor beneficii esset revera mortuus tempore provisionis; licet mors propter locorum distantiam sciri verisimiliter non possit.
- 15 Contrarium verum est, nempe Regulam illam habere locum in provisionibus Legati.
- 16 Papa censetur dedisse Legato suo facultatem conferendi eodem modo, quo ipse facturus est.
- 17 Regula de verisimili noticia, habet etiam locum in collationibus Ordinariorum, saltem ex dispositione juris communis.
- 18 In Tribunalibus Galliae iudicatur, Regulam verisimilis noticiae precedere in collationibus Ordinariorum, nisi precedat mandatum ad resignandum, & interim resignans moritur, adjecta in Curia Romana clausula, etiam si per obitum.
- 19 Regula illa non habet locum in collationibus factis per Regem iure Regaliae.
- 20 Provisus ab alio quam à Rege de beneficiis Regaliae suppositis, ex nova Galliae iurisprudentia iuvatur Regula de triennali, quamvis alias Regalia duret per triginta annos.
- 21 In iure patronatus non consideratur verisimilis noticia, & ideo sufficit quod tempore praesentationis possessor beneficii esset mortuus, quamvis verisimiliter illius obitus sciri non possit.
- 22 Requiritur tamen quod tempore praesentationis beneficium sit vacans, quia non corvalidatur per mortem supervenientem.
- 23 Regula de verisimili noticia quomodo locum habeat contra occultantem corpus defuncti.
- 24 Collatio Ordinarii posterior praefertur anteriori facta in favorem illius, qui corpus defuncti occultavit.
- 25 Pena contra occultantes corpus defuncti, quoad validitatem collationis locum habet, si parentes, vel amici impetrantis occultaverint.
- 26 Virum Papa possit derogare Regula de verisimili noticia.
- 27 In Gallia non admittitur derogatio Regulae verisimilis noticiae, nisi principium vacationis inciperet à resignatione.
- 28 Tempus verisimilis noticiae taxatur arbitrio Iudicis per indicia & conjecturas, quae tamen locum

- non habent quando constat de contrario per eas probationes.
- 29 Quot dies compentur à Parisiis, Lugduno & Tolosa ad Urbem.
- 30 Sede Apostolica vacante, Episcopus potest in quibusvisque mensibus, etiam reservatis conferre beneficia.
- 31 In collatione Episcoporum non est necessaria veritatis noticia mortis Papae.
- 32 Ordinarius utrum possit conferre beneficium sub conditione, si vacat.
- 33 Illa collatio sub conditione, si vacat, non habet locum in vacatione per obitum.
- 34 Regula de verisimili noticia habet etiam locum in provisionibus factis per summum Pontificem motu proprio, & num. 35. procedit in Consecrationibus, Dignitatibus, & officiis.
- 36 Impetrans beneficium viventis per obitum non potest videri triennali possessione.

DVA sunt regulae Cancellariae, quae magnam invicem connexitatem habent, & quantum ulus est frequentissimus: quarum una est de impetrantibus beneficia viventium per obitum, & est ordine vigesima prima, inter constitutiones seu Regulas S.D.N. Alexandri VII. nunc felicissimae memoriae. Altera est de verisimili noticia, & est ordine vigesima, inter easdem Regulas. Circa quas res saepius occurrunt difficultates, pro quantum explicatione.

Notandum est primum, quod ex dispositione iuris communis, si quis beneficium viventium impetraverit, Ecclesiastica communione privatur, & in poenam: text. in cap. 1. de concess. praebend. & communio autem Ecclesiastica appellatur Rebus in praesentia, de reprobata beneficii viventis impetrante, fol. mibi 253. Et talis sic impetrans efficitur reus, & est deponendus; nec illud idem beneficium potest unquam habere, etiam si postea vacaret, quamvis sibi ab Ordinario, aut etiam à summo Pontifice collatum fuerit; nisi tamen summus Pontifex ex certa scientia, hoc est incapacitate inusitata sibi exposta, contulerit. Rebus, ibid. à n. 189. ad 18. Ordinarium autem nisi probabilem habuerit ignorantiam, non potest illud idem beneficium amplius conferre, circa quod deliquit. Rebus, ibid. dem. n. 19. & 21. Sed hanc poenam non incurret nisi praevia declaratione: Idem n. 20. Sed vix est illud Ordinarium sic conferat sine probabili ignorantia.

Secundo notandum est, quod ad incurrendas praedictas poenas introductas contra impetrantes per obitum beneficia viventium, non sufficit quod supplicatio praesentata fuerit, sed oportet quod fuerit registrata, & data in ea apposita, quamvis non fuerit registrata: Seraphin. decis. 975. n. 1. Probandum autem est, impetrationem factam fuisse mandato illius, ad cuius favorem collatio facta fuit, quod praesumitur si sit praesens in Curia. Seraphin. decis. 975. n. 2. vel si supplicatio manu impetrantis scripta fuerit, vel subscribi mandaverit, aut si expensa notabilis intervenierit: Gomez. ad dictam regulam de impetrante beneficii viventis, q. 3. tamen dicit hoc casu illum, cuius nomine facta fuit impetratio, admittendum esse ad probandum contrarium.

Notandum est tertio, huic regulae & poenis in ea contentis locum esse etiam in obtinente mandatum de providendo in forma Dignam super beneficio viventis. Quia verba Regulae comprehendunt hanc

hunc casum, cum dicant: si quis supplicaverit sibi provideri: & sic comprehendunt mandatum de providendo, quia militat eadem ratio prohibitionis, ut per Seraphin. *dicta decis. 97. §. n. 4.*

- 8 Notandum est quartò, quod licet iusta & probabilis ignorantia excuset eum, qui viventis beneficium per obitum impetraverit, Rebuff. *in praxi, tit. de reprob. benef. viventis impetrat. n. 5. 2.* quæ excusatio prodest, ut eximatur ab incurso supradictarum pœnarum, ac etiam ab inhabilitate ad illud idem beneficium, sed tamen ius illi per talem collationem non acquiritur: Cokier *ad regulam 20. §. n. 21. de impetrando per obitum, & c. num. 14.* † Et in hoc differt ista Regula 21. à Regula de *verisimili* notitia, quia in hac posteriori nulla debet fieri distinctio scientiæ, vel ignorantie, cum illi locus sit quantumvis impetrans, aut etiam collator iustam causam credulitatis habuerit, quod beneficium esset vacans: † tempus enim verisimilis notitiæ nunquam incipit ab opinione quantumvis publica, & iusta, sed duntaxat à vera vacatione, ut postea ostendemus.

- 11 Ceterum ad iustam credulitatis causam requiritur saltem fama publica, nec sufficit ostendere licet quibus impetranti mors significatur, propter suspensionem antidata: Seraphin. *dicta decis. 97. §. num. 6. & 7.*

- 12 Et hac iusta ignorantia licet excuset à pœna, non tamen excusat ab onere exprimendi talem impetrationem nulliter factam in posteriori supplicatione summo Pontifici potestata: Rebuff. *dicto tit. de impetr. benef. vivent. num. 5. 3.* Est igitur hoc onus, sed non pœna: sed quomodo debeat hoc casu concipi clausula derogationis super inhabilitate huiusmodi incurfa, docet Cokier *ad dictam regulam 21. num. 21.*

- 13 Notandum quintò, quod Regula de *verisimili* notitia, quæ hodie est trigesima inter constitutiones summi Pontificis & Domini Nostri Alexandri Papæ VII. hoc habet, quod de omnibus gratis, quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, secularibus vel regularibus, per obitum quarumcunque personarum vacantibus, summus Pontifex in antea fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam eiusdem Domini nostri verisimiliter potuerint pervenire.

- 14 Notandum sextò, rem esse satis dubiam, utrùm hæc constitutio super verisimili notitia obitus, locum habeat in provisione Legati: nam verba Regule soli summo Pontifici conveniunt: & ideo illam non habere locum in Legato tenuit Mohe-dan. *de prabend. decis. 30.* Et secundum hanc opinionem collatio Legati subsisteret, dammodo tempore collationis verè beneficium vacaret, etiam si tempus sufficiens ad mortis notitiam habendam non intervenisset: quam sequitur etiam Bertrand. *conf. 128. lib. 1. part. 2. Garc. de benef. part. 5. cap. 1. n. 47. & 49. nec quidquam certi determinat Ror. decis. 344. n. 8. part. 5. recent.*

- 15 Contrarium tamen, nempe quod collationes factæ per Legatum subiciantur huic Regule, verius esse existimo, prout tenuere multi, & numero plures, & inter ceteros Alfonso. Soto *in explicatione huius Regule, num. 3.* Selva *de benef. part. 3. q. 46. num. 2.* Gloss. pragmat. sanctæ. *in tit. de collationib. §. neque etiam collationes, in verbo, faciendas, & ibi Additio n. 5.* & ita per attestum Curie fuisse judi-

catum testatur Petr. Gregor. *in institut. rer. benef. cap. 3. 2. num. 4.* & sequuntur plures alii, quos refert Cokier *ad dictam reg. de verisimili notit. num. 19.* † non enim censetur Pontifex Legato suo conferendi potestatem aliter concessisse, quam eo modo, quo ipse facturus esset, *l. vel universorum, ff. de pignorat. actione.* Er sanè hæc opinio videtur fundata in æquitate & ratione naturali, scilicet ut tollatur occasio alienæ mortis captandæ, & ne detur occasio delinquendi.

Et quod plus est, ob eandem rationem verior est sententia existimantium, hanc Regulam locum etiam habere in collationibus Ordinariorum, non tam ex vi ipsius Regule, quæ de solo summo Pontifice loquitur, quam ex dispositione juris communis, *in cap. detestanda, de concess. prabend. in 6. ut dicit Rip. in l. 1. num. 65. ff. si certum petatur, & in cap. 2. num. 85. de rescript. & respons. 7. de rescript. Gloss. pragmat. Sanction. mox allegata, & ibi Additio num. 5.* dicens hanc esse magis communem sententiam, quia etiam hoc casu militat votum captandæ mortis, & fraudis suspicio: nam ut dicit Selva *loco citato*, nisi dicta Regula locum haberet in Ordinariis, quotidie fraudaretur Papa per præmaruras illorum collationes: atque ita decisum fuit in Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 2. de sacros. Eccles. definit. 8.* Francif. Marc. *lib. 2. decis. 381. & 1000.* † Sanè in Gallia questio hæc nullam prorsus habet difficultatem, cum per plurima attestata fuerit decisum, illam locum habere, tam in collatione Ordinarii, quam Legati, ut in Senatu Grænanopolitano sæpè decisum refert Expilly *arrest. 21. num. 12.* Idem Addit. *ad Louet littera V, n. 2. versic. certe regle est enregistrée.* Torneret *in sua collectione arrestorum, littera R, num. 113.* eandemque sententiam ego probavi superius, *part. 1. c. 3. §. 6. num. 8.* quam tamen ibidem limitavi *num. 9.* ut locum non habeat si mandatum factum fuerit ad resignandum, & interim resignans moriatur appositus in Curia Romana clausulis consuetis, veluti, *etiam per obitum dicti resignantis, nunc forsan extra Romanam Curiam defuncti, & similibus.*

Notandum septimò, quod cum Regula de *verisimili* notitia, non habeat locum in collationibus per Regem factis jure Regaliæ, ut dixi superius, *p. 2. cap. 3. §. 3. num. 1.* ubi ago Nicol. Fretot *in collatione ordinationum Regiarum, lib. 10. tit. 4. §. n. 5.* † Tamen si provisor ab alio quam à Rege de beneficio in Regalia vacante possederit per triennium pacificè, non debet à sua possessione dimoveri, non obstante quod aliàs Regula prædicta de *verisimili* notitia, & aliæ similes non habeant locum in provisionibus factis jure Regaliæ, & quod jus Regaliæ duret per triginta annos, ex ordinatione, de qua Theven. *in ordin. Reg. lib. 1. tit. 2. articulo 3.* Quia Rex ita declaravit ad instantiam totius Cleri Gallie anno 1606. ut dicit Theveneau *dicto loco*, in verbo, *trente ans.* Addit. *ad Louet littera V, num. 2. circa finem, versic. mais aujourd'hui.*

Notandum octavò, hanc Regulam non habere effectum in præsentatione patroni, qui licet non habuerit verisimilem notitiam mortis illius, qui beneficium patronatum possidebat, tamen præsentatio per eum facta valida est, si possessor tunc vera mortuus erat, & sic beneficium vacabat. Ratio est, quia Regula solum loquitur de gratis, seu provisionibus factis per summum Pontificem: & licet ad Legatos, & Ordinarios extendatur, non tamen ad præsentationes patronorum: ita decidit Rota apud Pat. *decis. 246. & 238. in nova impress. lib. 1.*

quia Regula loquitur de gratia tribuente jus in re, quod non tribuit præsentatio. Cessat etiam ratio præventionis, quia patronus non solet præveniri per Papam. Item cessat Ratio ambitionis, quia patronus utilitatem ex præsentatione non consequitur. Denique cessat ratio voti captandæ mortis, quia patronus non ad suam utilitatem præsentat, sed pro conservatione juris sui duntaxat.

- 22 Quod est verum, supposito quod tempore præsentationis beneficium in effectu vacaret per obitum, quamvis patronus verisimiliter non habuisset notitiam vacationis: sed si beneficium tunc nondum fuisset vacans, non valeret præsentatio, nec convalidaretur per vacationem postea supervenientem: Barboza de *Episcop. allegat.* 72. num. 3. 4. 5. & 6. Vivian. de *jure patronat.* lib. 5. capite 5. num. 3.

- 23 Notandum nonò, Regulam de *verisimili notitia*, locum etiam habere in eo, qui ad impediendam Ordinarii, aut Legati collationem, quæ in favorem alterius præcurrentis fieri posset, corpus beneficiati mortui occultat: non enim valebit impetratio, nisi à die quo revelata & manifestata fuerit mors, quia ante illud tempus cessat verisimilis notitia: *Clem.*

- 24 *unica, in fine, de concess. prebend.* ¶ Ideo si ante verisimilem notitiam obitus, à die revelationis mortis defuncti computando, facta fuerit collatio beneficii alicui impetranti, & postea Ordinarius alteri per obitum contulerit, præferenda erit collatio Ordinarii, quamvis posterior: Boët. *decis.* 287. Et de hoc in Gallia adest expressa Regis constitutio, de qua Rebuff. in *constitut. Reg. tom. 2. tit. Ne defunctorum cadavera custodiantur*, gloss. 1. in fine, tom. 2. Petr. Gregor. de *benefic. cap. 3. n. 5.* confert *extravag.*

- 25 *Deferenda feriatibus, de sepulch.* ¶ Et hoc procedit, si impetrans fuerit conscius occultationis, siue ejus amici eo inscio occultaverint: Peleus ad *reg. Cancell. cap. 3. versic. demitur ex verisimili notitia, fol. 10 r. verso*, Papon. lib. 1. tit. 4. *arrest.* 4.

- 26 Notandum decimò, quod licet dubitatum fuerit, utrum summus Pontifex deroger huic Regulæ, & Rebuff. ad *hanc regulam, gloss. 1. num. 2.* dicat illi per summum Pontificem derogari non posse: In contrarium tamen Mandos. *dist. a regul. 19. quæst. 5. num. 3.* & sequent. & Gomef. ad *hanc regulam, q. 4.* existimant Papam huic Regulæ in certis casibus derogare, id tamen ratò facere, & ex magna causa, veluti in favorem personarum de Sede Apostolica benè meritatum: ut dicit Cokier ad *hanc regulam, num. 18.* Modern. de *stylo dataria, lib. 1. cap. 31. num. 14.*

- 27 In Gallia verò non admittitur derogatio hujus regulæ: ut testatur Rebuff. in *notis ad hanc regulam*, & Papon. *dicto lib. 1. tit. 4. n. 5.* Excipe casum, quo resignans post missum Romam, vel ad Legationem mandatum ad resignandum, mortuus fuerit, ut explicavimus *part. 2. c. 3. §. 6. n. 10. & sequentib.* & hic non repetimus. Quibus addo Gregor. de *benefic. dicto cap. 3. 2. num. 6.*

- 28 Notandum undecimò, quod cum tempus verisimilis notitiæ arbitrio judicis taxandum sit, ex notatis per Menoch. de *arbitr. cas. 206.* hac in re inspicendum est illud temporis spatium, quo verisimiliter nuncius accessit concitatis equis veniens à loco, in quo mors contigit: quamvis Menoch. dicat computationem fieri debere à fine diocesis, *dicto casu 206.* De quo tamen ego dubitarem, quia notitia obitus inspicitur, quæ non potest haberi nisi in loco obitus, non autem in fine diocesis: illa ergo sententia Menochii in aliis casibus procedere

re potest; sed meo judicio dum agitur de verisimili notitia obitus, debet attendi locus, in quo mors contigit, à quo ad locum, ubi collatio facta est, accedere potuit, ab ipso die obitus computando. Qua in re Iudices considerare debent locorum interstitia, & temporis ætivi, vel hyberni diversitatem, ac regionis consuetudinem, & ipsius curris probatam in individuo diligentiam: veluti proberet cursorem eodem obitus die à loco mortis profectum fuisse, & verè in loco collationis eodem etiam die, quo collatio facta est, fuisse præsentem, hoc enim casu veritas prævalebit præventioni, ut explicat Petr. Gregor. lib. 17. *synagoga, cap. 17.* quem citat Peleus in *notis ad hanc regulam, cap. 3. fol. 101.* ¶ Regulariter autem dies legem à Civitate Parisiensi ad Romanam Urbem esse computandos, censuit Peleus loco citato, fol. 101. sed Cokier ab eadem Civitate computat dies fræ à Lugduno quinque: à Tolosâ septem: à Lodovico verò decem.

Notandum est duodecimò, quod cum, Sede Apostolica vacante, Episcopus possit etiam in mensibus reservatis conferre beneficia, etiam in mensibus Apostolicis, ut probat Gonzal. ad *regul. 5. §. 1. proem. num. 2.* & multis sequentibus, ¶ si Episcopus beneficium contulerit in mense reservato, tamen non potuisset habere verisimilem notitiam mortis Papæ, sed tamen tempore collationis esse reverà mortuus, collatio Episcopi sustinetur, non obstante Regula hac de *verisimili notitia*, quæ hoc casu locum non habet, quia Regula hæc attenditur de casu ad casum, nec militatur contra fraudis, nec voti captandæ mortis: ita docuit Gonzal. *dicto §. 5. proem. num. 122.*


Notandum est decimotertio, quod licet non Doctores dicant Episcopum, aut alium collationem ordinariam conferre posse beneficium, sub illa conditione: *vacat, ut Covarr. lib. 3. var. resolut. 1. §. 1.* & plures quos refert & sequitur Garc. de *benefic. p. 8. cap. 2. num. 4.*

Illud tamen locum non habet in provisione Ordinarii, quæ fit per obitum, quia requiritur etiam in Ordinario certa notitia obitus, per dictam regulam Cancellariæ: atque ita expressè tenet Gonzal. ad *dictam regulam, quæst. 1.* & expressè Addimus marginalis ad Selvam de *beneficiis, part. 3. §. 1. num. 3.* his verbis: *Immo collator debet esse certus, vacet per mortem: & collatio sub hac verba, si vacat, ambitiosa est.* Et sanè si aliter diceremus, semper essent Ordinarii fraudem huic Regulæ facere in præiudicium summi Pontificis, aut Legati, quod non est dicendum: nec est adeo certum quod dictam collationem beneficii fieri posse sub conditione: *vacat*, ut notat Antonin. lib. 1. *resolut. ult. cap. 1. versic. tum quia supradicta.* Et ideo quamvis necesse non sit, collatorem ordinarium scire utrum beneficium vacet, & ex qua causa vacet, tamen necesse est, vitium ambitionis impetrantis coerceri, siue ab Ordinario, siue à Legato, siue à Papa impetrer, & est obviandum fraudibus, & præventionibus eorum, qui captant beneficia nondum vacantia, & sic in odium anteverrentis nulla est collatio, etiam jure communi: capite 1. de *consec. prebend.*

Notandum est decimoquarto, Regulam hanc procedere etiam in gratia concessa motu proprio Pontificis: Gomef. in *hac regula, quæst. 2.* idque etiam si constet de bona fide, & ignorantia ejus, cui concessio facta est, quia motus proprius non operatur in iis, in quibus Princeps concedens non

Qu. & Ref. benef. Pars III. Cap. CLXXI. 117

est bene informatus, & quæ consistunt in facto:
 35 Cokier. *hic*, num. 15. † Item procedere in Com-
 mendis, & Dignitatibus, ac officiis Ecclesiasticis:
 Idem num. 16. Rebuff. in *praxi*, in notis ad hanc re-
 36 gulam, gloss. 5. & 6. † ubi dicit huiusmodi provisio-
 nes adeo nullas esse, ut ne quidem post triennium
 juvent, quia Regula de triennali requirit titulum
 coloratum, qui non producitur ex collatione ante
 tempus verisimilis notitiæ obitus facta, idque sive
 impetratio facta fuerit à malè impetrante, sive
 ab alio qui currens impetraret alteri, & postea
 sibi, quia fraudibus obviandum est: ut ibi per
 sum.



CAPVT CLXXI.

Electioibus capitularibus intervenire non
 potest, qui non fuit adeptus sacros Or-
 dines, quamvis Canonici illum admittere
 vellent: idque non obstante consue-
 tudine contraria, vel etiam dispensatio-
 ne Pontificia ad obtinendum Canonica-
 tum. Dispensatum ante ætatem ad ob-
 tinendum sacerdotium, non censi dis-
 pensatum ad obtinenda beneficia curam
 animarum habentia. Electionem nullam
 esse quando vota eligentium sunt paria:
 & si in nova electione adsit æqualitas,
 recurrendum est ad Superiorem. Quid
 si Canonici tempore vacationis non
 esset in Sacris constitutus, sed tantum
 tempore electionis? Absentes quomodo
 vocandi sint in electione.

SVMMARIVM.

- 1 Canonici qui non est constitutus in sacris Ordini-
 bus non est capax vocis capitularis.
- 2 Ampliatur ut procedat tam in Ecclesiis Collegiatis
 quam Cathedralibus.
- 3 Ampliatur secundò, ut non possit dare vocem, etiam
 si alii Canonici consentiant.
- 4 Ampliatur tertio, non obstante quacunque consue-
 tudine in contrarium.
- 5 Ampliatur quarto, quod dispensatus ad Canonica-
 tum super ætate, non censetur dispensatus ad
 dandam vocem in Capitulo, donec sacros Ordines
 susceperit.
- 6 Dispensatus ad suscipiendum Sacerdotium ante le-
 gitimam ætatem, non censetur dispensatus ad ob-
 tinenda beneficia curata.
- 7 Electionibus interesse non potest, qui non est in
 Sacris.
- 8 Ceteris paribus, semper locus est gratificationi.
- 9 Differentia constitui debet inter paritatem vocum
 in presentatione, & eam qua intervenit in ele-
 ctione.
- 10 Solum Papa potest gratificari quando voces eligen-
 tium sunt æquales.
- 11 In electionibus non sufficit vota esse equalia, sed
 requiritur maior numerus, alioquin electio nul-
 la est.
- 12 Publicato scrutinio non licet procedere ad novam
 electionem.
- 13 Limitatur nisi prima electio esset notorie nul-

la, tunc enim proceditur ad novam electio-
 nem.

- 14 Quando voces eligentium sunt æquales, devenien-
 dum est ad secundam electionem: & si iterum
 adsit paritas vocum, recurrendum est ad Superi-
 orem.
- 15 Sufficit quod eligens sit constitutus in sacris Ordini-
 bus tempore electionis, quamvis non esset tem-
 pore vacationis beneficii: Capitulum tamen non
 tenetur illum expectare, si dicat se paratum ad
 suscipiendos Ordines.
- 16 Absentes, qui volunt & possunt assistere electioni,
 debent omnes citari particulariter, nec sufficit
 citatio per sonum campanæ.
- 17 Electio non valet, si facta fuerit ante corpus de-
 functi sepultura traditum.
- 18 Absentibus dari debet tempus congruum, ut venire
 possint ad electionem.

Cum Capitulo cuiusdam Ecclesiæ collegiatæ,
 sitæ in partibus Galliarum, legitime congregato
 die 20. Iunii, fuissent Canonicoz vota divisa,
 quorum medietas favebat cuidam Stephano, hic
 literas sub illa data suæ provisionis obtinuit ab ejus-
 dem Ecclesiæ Præposito, qui erga istum gratifica-
 tione usus fuit, data vocum paritate: sed idem Præ-
 positus, iterum congregato Capitulo, collectis vo-
 cibus, ex pluralitate votorum alteri posteriori alias
 provisiones concessit, sub eo prætextu quod Lu-
 dovicus quidam in electione interveniens de novo,
 vocem dedit in favorem posterioris, quæ vox su-
 peraddita secundæ nominationi (quæ in prima non
 intervenerat) effecit ut votorum æqualitas cessa-
 ret, & una voce addita posterior in vocum nu-
 mero potior reperiretur. Nitrebatur etiam iste
 posterior data capta in Legatione: cui replica-
 bat Primus, quod illa non solum erat inutilis,
 verum etiam nocebat posteriori provisio, cum
 capram affereret adhuc vivente ultimo beneficii
 possessore: unde quæsitum fuit uter ex duobus
 esset præferendus.

Dixi in primis, prætendi non posse quod po-
 sterior esset fundatus in pluralitate vocum, quia Lu-
 dovicus ille, qui æqualitati superadditus fuerat,
 non erat capax vocis capitularis, ex eo quod non
 erat tunc in aliquo sacro Ordine constitutus: jux-
 ta Clem. 2. de ætate, & qual. & Conc. Trid. sess. 2. c. 4.
 † cujus Concilii dispositio observanda est tam in
 Ecclesiis Cathedralibus, quam in Collegiatis.
 Quamvis enim in Collegiatis sufficiat ætas qua-
 tuordecim annorum ad obtinendos illorum cano-
 nicatus, non tamen admittendi sunt ad vocem ca-
 pitularem, nisi sint constituti in sacris Ordinibus,
 ad quorum susceptionem necessaria est ætas 22. an-
 norum: ita declaravit sacra Congregatio, ut re-
 fert Barbosa in tractat. de Canonici & Dignit. c. 37.
 num. 10. † Quod procedit, quamvis alii Canonici
 liberè talem Canonicum in sacris Ordinibus non
 constitutum ad dandam in actibus capitularibus
 vocem admitterent: Garc. in tractat. de benefic. p. 3.
 cap. 4. num. 24. † Idque non obstante quacunque
 consuetudine in contrarium, quæ tali Canonico
 minimè suffragari potest, ut censuit sacra Congre-
 gatio Concilii, teste Garc. dicto cap. 4. num. 25.
 Barbosa de Canonici, dicto c. 37. n. 6. † Immo quam-
 vis probatum fuisset, dictum Ludovicum fuisse dis-
 pensatum ad obtinendum canonicatum, qui ex fun-
 datione, statuto, vel alia ratione sacros Ordines in
 Canonici requireret; non tamen ideo censeretur
 dispensatus, ut vocem in Capitulo, antequam sacros
 Ordines